



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi maculam gloriae & honoris mundani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. 91

eam, verbis exprimi potest, quam nociua fit mundi gloria & honor. Reliquum est vt videamus quomodo macula hæc mundanda sit.

Modus eluendi maculam gloria & honoris mundani.

TRES sunt modi maculam hanc, si ea aspersi & cõtaminati fuerimus, mundandi; aut si necdum ea infecti sumus, impediendi ne locum in nobis reperiat.

PRIMVS est: Considerare pericula tum temporalia & corporalia, tum spiritualia, quæ honoribus cõtuncta sunt, & exempla eorum qui honorum occasione, vel in corpore, vel in anima periclitati fuerunt, sibi in memoriam redigere.

Honorum pericula.

SECUNDVS est: Honorum vanitatem & momentaneam durationem animo reuoluere, quandoquidem non aliter ac fumus breuissimo temporis spatio disparent, & euanescent.

Honorum vanitas.

TERTIVS est: Molestias, per turbationes, & fastidia quæ dignitates

Honorum molestie.

92 SPECVLVM ANIMAE
tates comitantur, necnō innumera
impedimenta, quæ ipsa animæ ad
perfectionem anhelanti, atque per
orationes, meditationes, & contem-
plationes sponso suo se vnire cu-
pienti obijciunt, secum expendere.

*De Curiositate,
Macula X.*

CAPVT XL

Genes. II. **V**ENITE faciamus nobis ciuitatem
& turrim cuius culmen pertingat ad
caelum, & celebremus nomen nostrum, an-
tequã diuidamur in vniuersas terras. In-
signis macula & maximum impedi-
mentum est: in rebus suis curiosita-
ti studere. sunt enim nonnulli inter
illos etiam qui religionem ac pieta-
tem vnicè colunt, seq; ad magnum
perfectionis gradum peruenisse si-
bi persuasum habent, qui curiosita-
tibus quarundam minimarum rerū
immerfi sunt, nec, eò quod exigua
ipsis esse videantur, ab hac fraude si-
bi cauent: verū licet modicæ vide-
antur, maximum tamen animæ de-
ximentum adferunt.

Capite